posito tamen sunt post tempus ad eadem reuersuri. Isti quia quædam peccata ad tempus deserunt, à peccatis qui dem egrediuntur, sed dum quibusdam peccatis adhuc adhærent, aut tempora peccandi expectant, nondum regnū peccatorum, regnum tenebrarum euaserunt, intra fines adhuc peccatorum sunibus sunt ligati. Contra primos loquitur Aug. in de vera, & falsa pœnitentia cap. 8. Sunt plures, quos pœnitet peccasse, sed non omnino, reseruantes sibi quædam, in quibus delectentur, non ad uertentes dominum simul surdum, & mutum à dæmonio liberasse. Mar. 12. Per hoc docet nos nunquam nisi de omnibus sanari. Si enim vellet peccata reseruari habentem septem dæmonia, pficere potuit, vt sanaret sex expulsis, vno retento. Expulit autem septem, vt omnia crimina simul eiicienda doceret. Legionem verò dæmonum complectē tem 6666. ab alio eiiciens. Mar. 5. nullum reliquit de omnibus, qui liberatum posset deret, ostendens, quod etiamsi peccata sunt mille, oportet de omnibus pœnitere. Et sequitur. Secundò enim dominum inimicum esse omni criminoso. Quomodo ergo qui crimen reseruat, de alio recipit veniam? Sine amore Dei consequitur veniam, sine qua nemo vnquam inuenit gratiam. Hostis enim Dei est, dum offendit perseuerantem. Quædam enim impietas infidelitatis est ab illo, qui iustus est, & iustitia, dimidiam sperare veniam. Et beatus Gregomomil. 34. Qui sic aliqua deplorat, vt alia committat, adhuc pœnitentiam agere aut ignorat, aut dissimulat. Quid enim prodest, si peccata luxuriæ quis defleat, & adhuc auaritiæ æstibus anhelat? Aut quid prodest, si iræ culpas iam lugeat, & tamen adhuc inuidiæ facibus tabescat?

Qui exire dicuntur de finib⁹ peccatorum

De secundis verò ita loquitur Isidoro in solilo. Inanis est pœnitentia, quam sequens coinquinat culpa. Nihil enim valet a malis veniam poscere, & mala denuò iterare. Nec prosunt lamenta, si iterantur peccata. Et exponens illud Esaiæ 1. Lauamini, & mundi estote lib. 2. de sum. bono cap. 16. Lauat, & mundus est, qui & præterita plangit, & flendo iterum non admittit. Lauatur, & nō est mundus, qui plangit, quæ gessit, nec deserit. s. voluntatem, & post lachrymas eadem, quæ fleuerat, repetit. Et beatus Greg. & allegat magister dist. 16. quarti. Miles, vel negociator, vel alicui officio deditus, quod sine peccato exercerī non potest, si culpis grauioribus irretitus ad pœnitentiam venit. Vel qui bona alterius iniustè detinet, vel qui odium in corde gerit, recognoscat se vera pœnitentiam non posse peragere, nisi negotium relinquat, vel officium deserat, odium ex corde dimittat, & bona, quæ iniustè abstulit, restituat. Hæc ille. Tales enim (vt idem ait in patto. parte 3 cap. 33.) cum acceptam in adiutorium scientiam quasi se peccatores cognoscunt, negligunt, hanc contra se in testimonium vertunt, & de lumine scientiæ augent supplicia, quod accepe runt, vt possint deleri peccata. De his ait psal. Descendunt in infernum viuentes. Viui, qui circa illos agūtur, sciūt, & sentiunt. Mortui nil sentire possunt. Mortui ad inferna descenderunt, si mala nesciendo perpetrārunt. Cum verò sciunt mala, & faciunt, ad infernum miseri viuentes, scientesque descendunt.

Hortatione sic irrisores perfectū pœnitentiam.

Oportet itaq; charissimi, quicunq; post nostram Chananeam pœnitentiæ, & salutis viam ingressi sumus: Primū mus Dei omnium peccatorū, & fomenta, & opera, in quibus cum recta accusat conscientia, penitus abiiciendo, sines exire, alioquin se sciat initium viæ salutis nondum attigisse. Audi Augustinū in de vera, & falsa pœnitentia clamantem. Si vere estis pœnitentes, & non iterantes, mutate vitam, reconciliami nū Deo. Pœnitentiam agis, genua figis, & rides, fublannas patientiam Dei. Si pœnitentiam agis, pœnitēt te. Si non pœnitet te, nec pœnitentiam agis. Si ergo pœnitet, cur facis, quod malè feci stiū? Si feciste pœnitet, noli facere. Si adhuc facis, non es certè pœnitens. Sufficiat tanto tempore errasse, relinquamus